



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

III. Vtrùm auxilium efficax in omni statu, & in omnibus personis sit ad
salutem, & ad omnes pietatis actus necessarium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

Cratia effi-
cax ad sin-
gulos actus
necessaria
est.

4.
Ostenditur
ratione.
Conc. Trid.

Instantia

Responde-
tur,

Accedit tandem quod sine vilo fundamento ti-
mit ille auctor admittere necessitatem auxilij effi-
cacia ad singulos atque magis, quam ad perseveran-
tiam. Quia si auctoritate Augustini motus effi-
ciam auxiliorum gratia in dono perseverantia re-
cognovit, sententia Augustini eadem est de singulis
actibus, ut vidimus. Nec in illo de corp. & gran.
contrarium dixit. nam licet de perseverantia ibi
tractet, alia non excludit, imò indefinite de vin-
dacta tentatione & vitando peccato loquitur: si
autem ille auctor timuit, ne tam ampla gratia effi-
cacia necessitas liberati repugnaret, & sine causa
timuit, vt infra videbimus, & in eo constanter tenuit,
nam idem de perseverantia timere debuisset, quia
etiam perseverantia per actiones liberales fit nec au-
xilium ad perseverandum datur, nisi quatenus
plures actus liberos successit adhibuit. Ac dem-
que finalis potentia per vnum singularem ef-
fectum interdum compleuit, quem liberè facere ne-
cessariū est, vt constat, ergo immerito talis dis-
cretio, seu limitatio. Reliqua verò qua in solida-
mentis illius sententia attingebantur, sequenti ca-
pite expediuntur.

*Verum auxilium efficax in omni statu, & in om-
nibus personis sit ad salutem, & ad omnes
pietatis actus necessarium.*

Nihilominus dicendum est, verum & proprium auxilium efficaciter præueniens, quo Deus facit, vt homo faciat, non solum prædestinatur, sed etiam reprobus dari. Probatur ex dictis capite præcedenti: nam efficacius auxilium non tantum datur ad persequendum in gratia, sed etiam ad consequendum gratiam secundum supernaturalem dispositionem, sed etiam per propriam & supernaturalem dispositionem, sed etiam reprobi interdum ita vocantur, vt cum efficacius

Probat
a scripte.

Item 6.
Hid.

Aug.

Cor.

Item 9.

Rom. cap. 2.

Rom. 8.

Aug.

+

stificetur, & credant, diligant, & poeniteant, sicut oportet; ergo recipiunt auxilium efficax, vt ita faciant. Nam quod tale auxilium non solum faciat cum illis, sed etiam faciat illos facere, probatur aperte, quia testimonia scripturae, quibus probatur, verbigratia, dari auxilium praeuium efficax ad credendum, generaliter loquuntur de omnibus credentibus, siue reprobi sint, siue praedestinati, & sic de ceteris actibus. Assumptum patet ex verbis Christi. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum. & illis, Omnis qui auditur a Patre, & dicitur, venit ad me, vtique per fidem; illa enim particula, nemo, & omnis nullum discrimen faciunt, vel permittunt inter praedestinos, & reprobos, quo ad necessitatem trahentis gratiae. Et simili modo ponderari possunt alia testimonia capite praecedente allegata, & generalia verba Concilij Arausiaci c. 9. Quoties bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum, vt operemur, operatur. Cui enim dicitur agimus, non supponit fuisse praedestinos, vel se tales reputasse, qui sic loquebantur. Ratio vero est, quia auxilium non est efficax ex ultimo effectus salutis aeternae, ad quem ordinatur, sed ex proximo propter quem datur: hic autem effectus in reprobis etiam inuenitur, vt constat, ergo.

Neque Augustinus huic veritati contrarius esse potuit, cum vbique omnia pietatis opera tribuat efficacitati gratiae, & Deo in nobis operanti siue ab electis, siue a non electis fiant. Igitur vbi loquitur de gratia speciali praedestinatorum, vel includit non tantum vnum, vel aliud auxilium efficax, sed collectionem, vel seriem talium auxiliorum, quibus certissime liberantur quicumque liberantur, vt ipse loquitur de don. perfeu. cap. 14. vel per antonomasiam efficacem appellat vocationem electorum, quia ex proposito efficacis aeternae salutis illorum datur, sic enim lib. de praedest. sanct. c. 16. dicit, Potest et Deus praedestinos multos filios suos, vt membra faciat praedestinati vni filij sui, non ea vocatione, qua vocati sunt illi, qui noluerunt venire ad nuptias, &c. infra sic exponit Paulum 1. Corinth. 1. dicentem, Ipsi vocati sunt, & gentibus praeuare se Christum, &c. illud enim verbum, vocati, intelligit de certa qualiam vocatione eorum, quae secundum propositum vocati sunt, quos praesentat & praedestinatur conformes heri imaginem filij sui, de qua etiam intelligit illud Rom. 9. Non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruit minori. Ex vocante, ait, non quacumque vocatione, sed qua vocatione fit credens. In quo contextu videri potest docere Augustinus, omnem vocationem, qua aliquis fit credens, esse propriam praedestinatorum: sed hoc tam est absurdum, vt nec cogitari possit in mentem Augustini venisse. Loquitur ergo de vocatione ad fidem viam fixam, & stabilem, & in fine capitis concludit, ita exponens alia verba Pauli Rom. 12. sine poenitentia sum dona & vocatio Dei. intelligit ergo per antonomasiam dici vocationem ex proposito illam, quae virtute continet iustitiam perseuerantem, de qua recte intelligitur illud Ro. 8. quos praedestinavit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos etiam glorificauit. Nam hoc vltimum necesse est intelligi de solis iustificatis cum perseuerantia finali, ergo etiam vocatione sumenda est pro tali vocatione, quae vel virtute, vel collectiue protectionem singularem electorum includat. Haec ergo sola vocatione, vel gratia efficax est propria praedestinatorum, & ita exposuit late locum illum Augustinus de corrept. & grat. cap. 7.

Nihilominus tamen dantur aliae vocationes vel ad fidem, vel ad poenitentiam, quae nec sunt communes omnibus reprobis, nec solis praedestinis dantur, multum enim ait Augustinus dicto lib. de Praedest. sanct. cap. 6. audiunt verbum poenitentiae, sed alij

credunt, alij non credunt. Volunt ergo isti credere, nolunt autem illi, quis hoc ignoret? quis hoc neget? sed cum alijs praeparatur, alijs non praeparatur voluntas a Domino, discernendum est, quid veniat de misericordia eius, quid de iudicio. Non ignorauit autem Augustinus, non omnes illos qui volunt credere esse praedestinos, & tamen de omnibus illis ait, & praeparari illis voluntatem per gratiam, vtique efficacem. Vnde in libro 2. contra duas Epist. Pelagianorum cap. 9. vniuersum de omnibus ait, homo praeparat cor, non tamen sine adiutorio Dei, qui tangit cor. & inde concludit ibi illam sententiam in Concilio Arausiano receptam: Multa Deus facit in homine bona quae non facit homo. vtique siue praedestinus sit, siue reprobus. Ergo etiam praesentis quando credit, habet vocationem non tantum, qua possit credere, sed qua fiat credens, licet non eo singulari modo, quo praedestinus, & eadem ratio est de vocatione ad iustitiam, seu poenitentiam & similes actus.

Ratio autem in contrarium facta falsum assumit quia probabilis est Deum praedestinare omnes actus supernaturales etiam reprobis. Et licet demus non praesentare illos illo singulari modo, quo praedestinus actus praedestinatorum, vtique ex intentione efficaci saluandi illos, & vt tales actus istis cum effectu proiungant ad aeternam salutem: nihilominus certum est, ex certa praesentia dare illis talem vocationem, qua credant vel ament saltem ad tempus: & hoc satis est vt gratiam efficacem illis grauitudo conferat. Vnde non displicet distinctio aliquorum dicentium, aliam esse praedestinationem perfectam, & simpliciter talem, quae est ad aeternam gloriam, de qua loquitur Paulus ad Roman. 8. & aliam locis: aliam vero esse praedestinationem secularem, & sic gratiam efficacem semper dari ex aliqua praedestinatione istarum, seruata proportione. Hoc enim videtur significasse Augustinus dicto c. 7. de corrept. & grat. in fine, dicens, eos, qui ita vocantur, vt interdum credant, vel iusti sint, licet postea a fide, vel conuersatione Christiani hominis lapsuri sint, vt tales huius vitae finis inueniat, eos (inquam) esse ex illis, de quibus dictum est, Multi vocati pauci electi. Et tamen (inquit) quis negat eos electos, cum credunt, & baptizantur, & secundum Deum viuunt, quia nimirum ad aliquid electi iam conspiciuntur. licet incertum nobis sit, an sint simpliciter electi, vt in eo ad quod efficaciter vocati sunt, perseuerent, & ita gratia efficax semper datur ex aliqua praedestinatione saltem ad gratiam, vel fidem, aut simile donum, quod etiam sumi potest ex Augustino dicta q. 2. ad Simplician.

Secundum dubium est, an efficax gratia auxilium pertineat solum ad statum naturae lapsae, vel etiam in statu innocentiae fuerit necessarium. Cui dubio solum potest occationem praebere locus Augustini praecedenti capite allegatus, ex lib. de corrept. & grat. cap. 11. vbi de primo homine dicit, tale adiutorium ei datum esse quod desereret cum vellet, & in quo perseueraret, si vellet, non quo fieret, vt vellet. Et subiungit adiutorium quod hominibus lapsis datur, in hoc esse maius & potentius, quod per illud efficitur vt homo velit. Et infra significat, ideo tantam, tamque efficacem gratiam, non esse datam primo homini, quia tunc liberum arbitrium ita liberum erat, vt & bene posset & male; nunc autem propter infortitatem naturae lapsae necessarium esse auxilium quod hominem velle & perficere faciat.

Sed nihilominus sine ulla dubitatione dicendum est, etiam in statu innocentiae fuisse necessarium auxilium efficax ad actus supernaturales efficiendos. Probat, quia necessitas huius auxilij, non est orta ex lapsu naturae humanae, nec ex defectu virtutum

Item.

Item.

Conc. Araus.

3.

Praedestina
tio alia per
fecta, & si
cundum quid
secularem, &
sic gratiam
efficacem sem
per dari ex a
liqua praedest
inatione istar
um, seruata p
roportione.
Hoc enim vid
etur significas
se Augustinus
dicto c. 7. de
corrept. & gr
at. in fine, di
cens, eos, qui
ita vocantur,
vt interdum c
redant, vel ius
ti sint, licet po
stea a fide, vel
conuersatione
Christiani hom
inis lapsuri s
int, vt tales
huius vitae fi
nis inueniat, e
os (inquam) e
sse ex illis, de
quibus dictum
est, Multi voc
ati pauci elect
i. Et tamen (in
quit) quis neg
at eos electos,
cum credunt,
& baptizantur,
& secundum D
eum viuunt, q
uia nimirum
ad aliquid elec
ti iam conspici
untur. licet inc
ertum nobis sit
, an sint simpl
iciter electi, v
t in eo ad quod
efficaciter voc
ati sunt, perse
uerent, & ita
gratia efficax
semper datur
ex aliqua pra
edestinatione
saltem ad grat
iam, vel fidem,
aut simile do
num, quod etia
m sumi potest
ex Augustino
dicta q. 2. ad
Simplician.

Dubium 4.

7.

Assertio.

Probat.

est orta ex

virtutum

vnum bene operandum contracta, sed ex intrinseca perfectione supernaturalium actuum, cuius signum est, quia non tantum ad actus difficiles ob gravem tentationem, nec solum ad collectionem actuum, vel perseverantiam, sed simpliciter ad singulos actus est necessarium hoc auxilium, ut ostendimus capite precedenti. Supra autem lib. 2. & 3. ostensum est, necessitatem gratia ad singulos actus non oriri ex originali peccato, sed ex perfectione & excellentia talium actuum; ergo simpliciter in presenti necessitas auxilij efficaci, cum sit ad singulos actus, non est orta ex peccato originali: ergo fuit etiam in statu innocentia, quia in illo voluntas hominis non minus erat de se indeterminata, & pendens a Deo, quam modo sit, & Deus non minus praecebat, quae vocatio futura esset homini congrua in illo statu, quam in isto. Et ita sentit aperte Augustinus lib. 8. Genes. ad liter. cap. 12. idemque significat in Enchirid. cap. 106. circa finem dicens. Natura humana etiam in illa integritate, in qua condita est, permanere, nullo modo seipsam creatore suo non adiuvante servaret. vbi de adiutorio efficaci loquitur, & libro de natur. & grat. cap. 48. contra Pelagium dicit, quod etiam in natura sana & integra homo non peccaret, fuisset illi necessarium adiutorium Dei sicut lumen est necessarium oculis ad videndum.

Neque in priori loco contrarium sentit: nam ibidem de gratia primi hominis ait, tunc ergo deditur homini Deus bonam voluntatem, in illa quippe cum fecerat, qui fecerat rectum. quibus verbis aperte significat habuisse Adamum gratiam efficacem ad illam bonam voluntatem, quam ante peccatum habuit. Quia vero in illa bona voluntate non perseveravit, dicit, non accepisse gratiam, quia perseveraret, sed quia posset perseverare si vellet, nam si priorem accepisset, perseverasset, ut ibidem Augustinus subiungit. Vnde nunquam dicit Augustinus dari potuisse in illo statu perseverantiam sine efficaci auxilio, sed solum dicit de facto non fuisse datum tale auxilium, quia effectus eius datus non est, nunc vero dari multis, quae duo certissima sunt. Inhibuit autem Augustinus in eo loco in natura lapsa, esse necessarium peculiare donum perseverantiae, quod non iterat in statu innocentiae necessarium, propter corruptionem naturae, quae non omnino sanatur per gratiam habitalem, ut bene explicat D. Thomas quaest. 109. art. 9. in corpore, & art. 10. ad 3. & nos latius infra tractando de perseverantia, dicemus.

Tertium dubium simile precedenti esse potest de Angelis, an ipsi etiam necessarium sit auxilium efficace gratia ad bene operandum. Eadem tamen est eius resolutio: nam Augustinus supra eodem modo de Angelis & de homine integro loquitur, eodemque modo est exponendus. Nam omnino eadem est ratio, supponendo, ut saepe dictum est, actus iustitiae etiam respectu Angelicae naturae supernaturales esse: & ideo indigere gratia auxilio, quod tunc in eis est efficace, quando effectum habet, nam tunc etiam cum illis operatur, & eos facit bene operari. Quo modo dixit Augustinus lib. 12. de Civit. c. 9. Angelos, qui perseverarunt, fuisse amplius adiutos. Atque ita de Angelis etiam sentit Fulgentius lib. 2. ad Thrasymum. cap. 2. vbi permanentiam sanctorum Angelorum in bono, tribuit singulari gratia Dei, qui quos voluit, a casu praestitit virtute sua defendit. & c. 3. ait sicut sola virtus divina potuit hominem reparare, ita solam potuisse Angelum custodire. Idemque docuit Gregorius lib. 1. Reg. cap. 1. & Anselm. lib. 2. de casu Diabol. cap. 1. & sequentibus & Bernardus serm. 22. in Cantic. & indicat Basil. lib. de Spirit. Sanct. c. 16. Et quamvis hi Patres de perseverantia loquantur, tamen

cum in Angelis perseverantia sicut & via, vno actu consummetur, eadem ratio de singulis actibus, quae de tota perseverantia existit. Est autem ratio supra tacta, quia vel praedestinatio, vel praesentia, & praedestinatio gratia congrua, non minus in Angelis, quam in hominibus locum habet, ut per se omnibus clarum est.

Quartum dubium, quod in vltima ratione superiori capite proposita postulat, est, an idem auxilium efficace ad omnes actus pietatis sufficiat, vel pro illorum varietate & distinctione multiplicari, & specie distingui necessarium sit: loquor autem de distinctione specifica, quia de numerica nolum potest esse dubium, quia haec auxilia transeunt cum actibus, quia in actuali motione consistunt, & ideo cum illis etiam multiplicantur, saltem numericè. Est ergo dubium de multiplicatione specifica, quod etiam clarum habet resolutionem in auxilio efficaci comitante, quia illud in ipso actu intus imbibitur tanquam via, seu actorendens in illum, & ideo necesse est cum actibus multiplicari & pro varietate illorum distingui, nam ratio à termino speciem sumit, & per illum distinguitur. Item hoc auxilium efficace non distinguitur à concursu Dei circa tales actus: at diuinus concursus multiplicatur, & distinguitur pro varietate effectuum talis concursus, ut in lib. 3. dictum est: ergo eodem modo philosophandum est de hoc auxilio efficaci, neque in hoc aliqua occurrit difficultas. At vero loquendo de Auxilio efficaci praesentiente, oportet distinguere iuxta varios modos explicandi substantiam, causalitatem, & efficaciam huius auxilij. Qui enim dicunt esse motionem à solo Deo factam in nobis, & per se ac physice efficaciter efficere actum, propter quem datur, consequenter dicunt, haec auxilia efficaciter pro varietate actuum, seu effectuum distingui, quia sunt principia per se illorum, & per illos specificantur, & ad modum habituum distinguuntur. Quo quidem posito illo principio, facile sustineri potest, licet non careat dubitatione, an eadem species motionis efficacis sufficiat ad omnes actus eiusdem habitus, etiam si contingat illos specie distingui, ut sunt amor, odium, desiderium, dolor, &c. sed in hoc non immoror, quia est parvi momenti, & procedit ex falsa hypothese, ut dicemus.

Iuxta opinionem vero quae in excitatione & causalitate morali efficaci hoc auxilium ponit, non est hoc dubium speciale de auxilio efficaci, sed de sufficiente etiam interrogari potest, quia modo intelligendi & movendi voluntatem conveniunt, solumque differunt, quia vnum cum effectu perliadet, & non aliud, quod sine dubio non provenit ex specifica diversitate, sed ex libertate arbitrij, & ex aliis circumstantiis, ut infra dicemus. De vtroque ergo dicendum est, auxilium sufficiens & efficace interdum posse in sua entitate & specie multiplicari ac distingui, aliquando vero posse auxilium eundem speciei ad actus specie diversos tribui & esse efficace. Declaratur exemplis vtrique pars. nam ad actum elemosinae interdum inducitur quisque timore poenae, interdum desiderio gloriae, qui duo motus dari per modum excitantis gratia in sua entitate sunt specie distincti, & nihilominus inducunt ad eundem actum, quem vterque potest sine alio efficaciter efficere. Et de contrario motus timoris à Deo immixtus, in vna occasione inducit ad poenitentiam, in alia ad remittendam iniuriam, vel quid simile. Ratio autem vtriusque partis est, quia haec distinctio & causalitas non est per se, physice loquendo, sed moralis, unde non est de intrinseca, ratione talis motus, ordo ad talem effectum, ut ab illa suam speciem sumat, sed ex prudentia & movens potentia ad talem effectum accommodatur, iuxta

August.

2.

D. Thom.

9.
Dubium.

August.

Fulgent.

Greg.
Anselm.
Bernard.
Basil.

moralem capacitatem recipientis, ideoque potest idem actus fieri per plures motiones gratia efficacia specie distinctas, vel simul, vel diuini operantes, & e contrario possunt actus distincti per eandem prauam gratiam obtineri vel successiue & in diuersis occasionibus, vel simul, si actus ipsi habeant inter se talem connexionem, ratione cuius simul fieri possint, iuxta superius dicta in genere de gratia excitante.

Dicunt autem aliqui, quando plura huiusmodi auxilia ad eundem actum dantur, licet in entitate physica specie differant, in genere moris esse eiusdem speciei, quia ad eundem finem ordinantur, vt ad actum fidei, vel quid simile. Sed non video in his actibus propriam unitatem specificam etiam moralem: nam intra genus causae moralis possunt inueniri modi causandi eundem actum specie diuerſi, causa enim consulens, & causa petens ac rogans, causae morales sunt specie diuersae, & licet ad eundem effectum concurrant, distinctionem in modo causandi conseruant, nec possunt dici esse eiusdem speciei moralis, etiam si in eundem effectum influant, quia vnaquaeque suo modo influit sicut materia & forma, licet ad eundem effectum concurrant, non propterea habet aliquam unitatem specificam, neque in genere entis, neque in ratione causae: non oportet ergo in his auxiliis, quando in se distincta sunt, & diuersum modum causandi moralem habent, aliquam unitatem specificam fingere, propterea quod ad eundem actum concurrant. Et ita Prosper lib. 2. de vocat. gent. cap. 26. numerando varios modos, quibus Deus ad fidem homines trahit, iugendo exhortationibus, mouendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, conqueſum illuminando, & fidei affectionibus inuoluendo, nullam eis unitatem specificam tribuit, sed absolute plura praesidia seu auxilia diuinae gratiae excitantis appellat, quae vt supra dicebam, possunt dici componere vnum adaequatum auxilium sufficiens, vel efficax, non tamen per modum vnius speciei, sed per modum vnius collectionis causarum moralium concurrentium, vel necessariorum ad talem effectum solum in genere gratiae, & vt procedunt ex misericordia seu gratuita liberalitate, & amore Dei, possunt dici habere unitatem moralem specificam in ordine ad Deum moraliter operantem, eo scilicet modo, quo actus externi moraliter diuersi ex intentione finis possunt habere unitatem moralem in genere virtutis, seu boni moralis. Sed haec consideratio extrinseca est ad propriam causalitatem, & rationem auxiliorum gratiae explicandam. Nam hoc modo omnia beneficia diuinae gratiae, vt moraliter procedunt à Deo, possunt dici eiusdem speciei, quatenus ab eadem liberalitate, vel misericordia Dei procedunt. Hic ergo respectus hic non consideratur, sed entitas auxilij, vel modus causandi, & in his possunt auxilia data ad eundem effectum inter se distinctionem habere, & e conuerso idem auxilium potest ad varios actus in diuersis temporibus, vel occasionebus hominem mouere, vt explicatum est.

ad illam spectat tam necessitatem, quam varietatem talis auxilij declarare, quod hactenus generatim praestitimus: nunc inquirendum superest, quid sit tale auxilium, in quo tria includuntur, nimirum, quanam motio sit, quem modum causandi habeat, & vnde, quovē modo habeat infallibilem connexionem cum suo effectu, quae tria simul, vt occasio tulerit, tractabuntur, quia non possunt commodè disputatione seiuungi. Solum aduerto ex illis tribus solum tertium posse directè pertinere ad dogmata fidei: nam circa duo prima nihil habemus expressè definitum, vt videbimus, ideoque incipimus à tertio puncto, quatenus in eo cum haereticis est controuersia, vt disputationem inter Catholicos expeditam relinquamus.

In puncto ergo proposito duo sunt errores inter se in vno principio, & fundamento consentientes, & in conclusionibus, seu illationibus extremè dissentientes. Pelagiani enim, & Calvinistae ac Lutherani in hoc conueniunt, quod efficacia gratiae consistit in quadam necessitate, quam Deus infert voluntati, illam liberè operari non relinquendo. Vnde Pelagius eo colore gratiam negauit, ne libertatem negaret, cui efficaciam & necessitatem gratiae repugnare credidit, & ideo fingebat se impugnare Manichaeos, & similes haereticos negantes liberum arbitrium, cum gratiam impugnabat, teste Augustino lib. 2. contra duas epistolas Pelagianorum à principio, & aliis locis. E contrario verò Lutherus, vt refert Concilium Senonen. in principio, nimis anxie fingens vitare Pelagium, factus est Manichaeus, & ante Lutherum praeter Manichaeos, Priscilianistas, Limonianos, eandem haereticam docuerunt prope tempora Augustini, haeretici dicti Pradestinati, & vt refert Faustus lib. 1. de Grat. cap. 3. 7. & sequentibus, & VVicleph. vt refert VValden. in doctrin. fid. antiq. cap. 23. & postea sequuti sunt Calvinum Melanchth. Beza, & alij nouatores, vt supra lib. 1. retuli, & latè Stapleton. in Promptuar. Cathol. feri. 6. in hebdom. 1. Quadrag. num. 4. & in Antidot. ex Actis Apostol. cap. 9. & lib. 4. de Iustificat. cap. 1. Bellarm. lib. 1. de grat. & liber. arbitr. capite 11. & lib. 4. cap. 14. lib. 6. cap. 9. & 11. Ruard. art. 7. Rosenf. art. 36. contra Luther.

Omissio autem errore Pelagij, quia in superioribus satis iam impugnatus est, & quia illatio, seu fundamentum eius explicando concordiam gratiae cum libertate arbitrij eueritur, de errore Lutheri, & Caluini hoc loco dicendum est. Et vt distinctius intelligatur, reuocanda est disputatio ad actum elicitem voluntatis, quo illa praebet consensum gratiae mouenti, quem proinde consensum appellabimus, siue sit amor, siue dolor, siue intentio, siue electio, siue alij similes, omnes enim sunt per consensum voluntatis. Actus autem aliarum potentialium, etiam ipsius fidei, prout est in intellectu, non sunt liberi, nisi per denominationem à consensu libero voluntatis: in hoc ergo tota disputatio versatur. In huiusmodi autem consensu tres proprietates necessariae ad actum liberum distinguendae sunt, scilicet actus fieri à voluntate, liberenter, seu voluntarie fieri, & cum indifferentia fieri, id est, cum potestate non faciendi illum. Lutherus ergo vt radicitus libertatem euerteret, etiam primam conditionem actus voluntatis negauit, dixit enim non fieri ab ipsa effectu, sed à solo Deo voluntati immitti, ipsa voluntate merè passiuè se habente. Inducebatque comparisonem figuli & luti, qua vititur per Ieremiam Deus, Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, cap. 18. & per Isaiam cap. 45. Numquid dicit lutum figulo suo: Quid facis? ad eamque alludit Paulus Roman. 9. dicens, An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quod

Lutherus
qua liberta-
tem arbitrij

Ierem 18.

Isai. 45.

Rom. 9.

Idem

C A P I T U L U M IV.

Vtrum gratia efficacia consistat in necessitate, quam inferi voluntati, vt non liberè, sed necessariò consentiat.

Quae in praecedentibus capitulis de auxilio efficaci diximus, omnia pertinent ad exactam expeditionem quaestionis, an sit tale auxilium, nam